

Agrippanum, ...  
 tridice. Versio est eadem quam ediderunt  
 ...  
 No. 1—3.

...  
 ...  
 No. 4—7.

- E. S.*  
*Prüfung*
- No. 1. Cod. pers. chart. orient., foll. 392, fol. min., charact. tha'liq minuto et nitidissimo quaternis columnis scriptus, continens sex poëmata Nizhāmī, quorum primum (f. 1—33.) est *Esrār-el-'āschiqīn*, Secreta amantium. Hujus inscriptio cum primo folio excidit, sed initium poëmatis a manu recentiori in folio agglutinato adjectum est. Secundum (f. 33—100.) *Kithābi-hefth-peiker*, Liber de septem imaginibus. Tertium (f. 100—186.) *Kithābi-Chosrew we-Schirīn*, Liber de amoribus Cosrois Perwizi et Schirinae. Quartum (f. 187—241.) *Kithābi-Leileh we-Medjnūn*, Liber de amoribus Leilae et Medjnuui. Quintum (f. 242—294) *Iqbāl-nāmei-iskenderī*, Liber de secunda fortuna Alexandri. Sextum (f. 295—392.) *Scheref-nāmei-iskenderī*, Liber de gloria Alexandri. Quinque poëmatum priorum scriptio absol. A. H. 985. (Chr. 1577—8.).
- 2. Cod. turc. chart. partim orient., foll. 149, fol. min., char. tha'liq scriptus, continens historiam rerum a Solimano I per duos annos hedjrae 927 et 928. (Chr. 1521—2) gestarum, ex Annalibus Othomanicis *Kemāl-Pāschā-zādae* decerptam. Codex bipartitus est: pars prior, quae ad f. 83 v. pertinet, acta A. 927 enarrat; posterior, ab alia manu in alia charta scripta, quae post interjecta aliquot folia vacua f. 87 v. incipit, de expugnatione Rhodi (A. H. 928.) exponit.
- 3. Cod. pers. chart. orient., foll. 268, fol. min., a pluribus vario charact. exaratus, continens versionem persicam Libri *Kelileh we-*

- Dimneh*, ab *'Hoscin Ibn-'Alī el-Wā'ezh el-Kāschifī* adornatam et *Anwāri-soheilijeh*, *Lumina* canopica, inscriptam.
- No. 4. Cod. pers. chart. orient., foll. 264, fol. min., char. neschi scriptus. Est volumen posterius libri *Kimijāi-seūdeh*, Chymiae felicitatis, auctore *Abū-'Hāmid Mu'hammed Ibn-Mu'hammed Ibn-Mu'hammed el-Ghazālī*, et continet hujus operis partem tertiam et quartam. Pars tertia, quae f. 121. r. absolvitur, decem capitibus exponit de vitiis quae homines in perniciem agunt, et totidem capitibus pars quarta de virtutibus quae illos in hac et in altera vita beatos reddunt. Codex olim a filiis *'Hādji-Pāschae* bibliothecae alicujus templi vel scholae legatus est. Script. absol. A. H. 730. (Chr. 1345—6.), si vocem dubiam in subscriptione recte lego. Cf. Codd. 15, 87, 255.
- 5. Cod. pers. chart. partim orient., foll. 200, fol. min., char. tha'liq crassiore exaratus. Continet *Aechireth-el-mulūk*, Thesaurum regum, auctore *'Alī Ibn-Schēhāb-ed-din Hamadānensi*, qui decem capitibus de officiis hominum in universum, et praecipue regum, principum et judicum exponit.
- 6. Cod. turc. foll. 51, fol. min., char. neschi scriptus, continens *Firāseth-nāmech*, Librum de arte physiognomica, auctore *Mu'hammed Ibn-Mu'hammed El-Fanārī*, qui illum scripsit regnante Murādo III. (A. Chr. 1575—95). Cod. a librario non est absolutus.
- 7. Cod. turc. chart. orient., foll. 204, fol. min., char. neschi scriptus et vocalibus instructus.